corpus & post haec non habent amplius quid faciant.
Ostendam autem uobis quem timeatis; Timete eum qui
postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam
Ita dico uobis hunc timete. Nonne quinque passeres ueneunt
dipondio & unus ex illis non est in obliuione coram dō
sed & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite
ergo timere multis passerib; pluris estis. Dico autem
uobis. Omnis quicumq; confessus fuerit coram hominibus
& filius hominis confitebitur illum coram angelis dī.
L. cxlvi / II / Mt. cxviii / Mr. lxxvi Qui autem negauerit me coram hominibus denegabitur coram
angelis dī; Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis
remittetur illi. Ei autem qui in spm scm blasphemauerit
L. cxlvii / II / Mt. lxxxvi / Mr. cxli non remittetur; Cum autem inducent uos in synagogas
& ad magistratus & potestates nolite solliciti esse
qualiter aut quid respondeatis aut quid dicatis; sps
enim scs docebit uos in ipsa hora quae oporteat dicere
L. cxlviii / X / Sol. Ait autem quidam ei de turba. Magister dic frī meo
ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. homo
quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos. Dixitq;
ad illos. uidete & cauete ab omni auaritia quia non in a
bundantia cuiusquam uita eius est ex his quae possidet.
Dixit autem similitudinem ad illos dicens. hominis cuiusdam
diuitis uberes fructus ager attulit. & cogitabat intra se
dicens. Quid faciam quod non habeo quo congregem fructus
meos. & dixit hoc faciam, destruam horrea mea & maiora
faciam. & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi
& bona mea & dicam animae meae. Anima habes multa
bona posita in annos plurimos. requiesce comede
bibe epulare. Dixit autem illi ds. Stulte hac nocte
animam tuam repetunt a te. quae autem parasti cuius